NICOLAI VERNVLÆI

INSTITVTIONVM OECONOMICARVM LIBRI II.

QVI

Omnia Domeſticæ Doctrinæ, ſeu Familiæ regendæ elementa continent.

EDITIO SECVNDA.

LOVANII,
Typis IVDOCI COPPENI
cIↃ. IↃC. XXXX.
CVM PRIVILEGIO.

PERILLVSTRIBVS
ET
MAGNIFICIS
DOMINIS
CHRISTOPHORO
ET
CASIMIRO LEONI
SAPIEHA
PALATINIDIS
VILNENSIBVS,
Illuſtriſſimi Domini
LEONIS SAPIEHA
PALATINI VILNENSIS,
Supremi Exercituum Lituaniæ
Ducis, Mohileuienſis &
Breſtenſis Capitanei
FILIIS
FRATRIBVS GERMANIS,
NICOL. VERNVLÆVS
dedico conſecroque.

ERYCIVS PVTEANVS
DE
INSTITVTIONIBVS
OECONOMICIS
VERNVLÆANIS
Sic Cenſeo.

QVÆ ad Triadem deducuntur, abſoluta demum ſunt, ſiue numero, ſiue myſterio. Hominem, Familiam. Ciuitatem, LECTOR, vide; hunc numerum, hoc myſterium agnoſces, doctè, facundè, feliciterque à Clariſſimi nominis Viro NICOLAO VERNVLÆO impleta. Inter Hominem & Ciuitatem Familia media eſt; poſtremò tradita, vt vel præcipua eſſet, & vtramque perficeret. Non poteſt extra familiam Homo eſſe, niſi Homo eſſe deſinat, ἢ θηρίον, ἢ θεός: tolle Familiam, & Ciuitas pariter non erit. Etenim Ciuitatem, tanquam magnam Familiam; Familiam, tanquam paruam Ciuitatem dixeris; ſed vtramque Hominis cauſsâ. Aliter tamen Familiam regi,

aliter

INSTITVTIONVM OECONOMICARVM SEV ELEMENTORVM DOMESTICÆ DOCTRINAE: LIBER PRIMVS.

TITVLVS I.

DE FAMILIAE NATVRA.

CAPVT I.

Quid Familia, quæ eius materia, & forma.

FAMILIA eſt naturalis ſocietas hominum ſub eiuſdem Patrisfamilias imperio viuentium ad vſum vitæ quotidianum inſtituta. Eius materia perſonæ ſunt ad Familiam neceſſariæ, vt pater, filius, vir, vxor, dominus, ſeruus:

quid ſit Familia

Eius materia